“Geboren 12.3.1587 Luzern, gestorben 3.3.1657 Luzern, kath., von Luzern. Sohn des Renward. Nach Studium am Luzerner Kolleg trat C. 1604 in Landsberg (Bayern) das Noviziat als Jesuit an. In Ingolstadt (Bayern) studierte er 1607-10 Philosophie und unterrichtete 1610-13 Grammatik. 1613-17 studierte er ebenda Theologie und wurde 1617 in Eichstätt (Bayern) zum Priester geweiht. 1618 folgte er seinem Lehrer, dem Jesuiten, Mathematiker und Astronomen Christoph Scheiner, mit dem er zuvor eng zusammengearbeitet hatte, auf dem Lehrstuhl für Mathematik in Ingolstadt nach. 1621 legte er Profess ab. 1623-27 hatte C. am Kolleg in Luzern das Rektorat inne, dessen Ende Spannungen mit Schultheiss Walter Amrhyn herbeiführten. C. wurde nach Madrid geschickt und war dort 1627-28 Mathematikprof. am *Collegium imperiale*. Als Beichtvater begleitete er 1629 den span. Gesandten Gf. Francisco de Castro nach Österreich. 1630 leitete er den Bau der Kollegkirche in Amberg (Bayern); als Rektor in Innsbruck 1632-36 begann er den Neubau der dortigen Universitätskirche, den er 1646 zu Ende führte. 1646-50 zuerst Vizerektor, dann Rektor in Eichstätt, wirkte C. ab Sept. 1650 als Prof. für Hl. Schrift wieder am Luzerner Kolleg. Er baute Fernrohre, beobachtete als einer der Ersten die Sonnenflecken und entdeckte den Orionnebel. 1619 veröffentlichte er die *Mathemata astronomica*, eine Schrift über den 1618-19 beobachteten Kometen, die sehr bekannt wurde. C., der im Briefwechsel mit Johannes Kepler stand, zählt zu den bedeutendsten Schweizer Physikern und Mathematikern des 17. Jh. Ein Ringgebirge am Südpol des Mondes wurde vom Jesuiten Giovanni Battista Riccioli nach ihm benannt.”

Sein Vater Renward (1545–1614) war ein berühmter Lokalschriftsteller (er schrieb auf Dt.).

Bibliographie

- Wolf, Rudolf. *Johann Baptist Cysat von Luzern: ein Beitrag zur Geschichte der Mathematik und Physik in der Schweiz*. Bern 1853.
- Marti, Hanspeter. Art. im HLS: <http://www.hls-dhs-dss.ch/textes/d/D25197.php>
- *Mathemata astronomica* (1619): <http://www.e-rara.ch/doi/10.3931/e-rara-3119>

CAPUT 1, appendix (p. 10s.)

Appendix.

CUm iam Mathematica ista sub prælum expedirẽ inciderunt in manus meas Libelli tres de tribus Cometis an. 1618. Ioan. Kepleri Mathematici Cæsarei, quos dum obiter perlustro deprehendo libellis illis nostras ipsissimas Observaciones nomine communi Observatoris Ingolstadiensis vulgari. quare ne inscius Lector inducatur vt aliter quam se res habet sentiat, monere hic volui Observaciones illas clam me aliò euolasse, nullũ certum tempus ascriptum habere, promiscuè bonis minus bonas immixtas esse, nam inter obseruandum horologio nõ certo vsi sumus, & interdũ à nobis paruis quoq; Instrumentis ac minus accuratis, interdũ ratione aëris turbatoris impeditæ & dubie obseruatũ est, vnde sane oportet quasdã obser-

DE COMETA.

II

obseruationes dubias & incertas esse, qua de causa nolui eas ne amicissimis quidem communicare (quippe non ignorans ita promiscuas & nullo certo tempore notatas obseruationes Astronomorum oculis ne dum trutinæ calamouie haud esse dignas) antequã delectu facto probas à dubiis secernerem, & bonis certa tempora ex obseruatis fixarum altitudinibus supputata ascribere possem; Verum interea ita indigestæ & intricatæ, ommissis etiam notis quibus alioquin incertiores à bonis distinguebantur, Magnis Viris sunt à nescio quo communicæ, mea sane promptissima voluntate, si modo rei conscius limam & delectum adhibere potuissem, vt ne res adhuc rudior eruditissima Iudicia offenderet. Itaq; ne miretur Lector si Keplerus nõ eadem quæ nos ex nostris obseruatis demonstrare potuerit, si crassiores iudicarit, &c. cum nec oēs nostras obseruationes viderit & ex dubiis atq; malis quibusdã immixtis neq; congruo tempore signatis, delabi in eas opiniones facile potuerit. Quapropter Lector nostris potius obseruationib. quæ hoc I. cap. traduntur nitatur, dubiæ. n. & suspectæ à probis secretæ omisse sunt, allatis iis tanũ quib. in autographo obseruationũ diario nota imperfectionis non fuerat ascripta, aut si aliæ afferũtur, id monemus. Atque hæc non eo dixi vt quidquam Keplerum qui promiscuas & incerti temporis obseruationes bona fide tractat, sugillarem, sed ne ipsius autoritas, nostris obseruationibus & Mathematicis præiudicium afferre posset.

IV Propositio (p. 52s.)

IV. PROPOSITIO.


**COMETA SVpra LVNAM IN ÆTHÈRE
seu Cælo fuit.**

Antiqua controuersia fuit in Cœlis an Aëre Cometæ versarentur. aëreum esse incendium in præcepta erat dicere, ideoque ea sententia pluribus placuit. Non pauci tamen inter cœlestia sidera eos retulerunt, quâ sententiam prolixè disputat & propugnat Philosophus Seneca nat. q. l. 7. quod ipsum iam ante Senecam & Aristotelem præstantes tum Philosophi tum Astronomi docuerunt; Artemidorus, Anaxagoras, Democritus, Hippocrates Chius, Æschylus, Apollonius Myndius, qui addit à Chaldæis quoque (apud quos ipse studuerat) Cometæ in numero stellarum errantium poni tenerique cursus eorum. Hipparchus Ptolemæo non minor Astronomus, 125. annis ante Christum natum stellam nouam seu Cometam gauda carentem inter ipsas fixas aut non multo inferiorem obseruauit, vt ex Plinio tradit Tycho Brahe Astr. Inst. l. p. p. 319. sensit & Plinius Philo-
sophus

DE COMETA.

§ 3


sophus hist. l. 2. c. 24. noua sidera in cœlo nasci, testaturque celebrem esse, sententiam quæ Cometæ afferit sidera esse, suoque ambitu ire. Almazar & Proclus magni Astronomi, ille supra Venerem, hic supra Iouem Cometam versari obseruauit. In cœlo item Cometæ gigni propugnat Cardanus l. 4. de subt. quem imperitè (vtpote Diuersitatem seu Parallaxin non intelligens) refutat Scaliger Exercit. 79. Nostra ætate Cometam an. 1577. in cœlo fuisse conuincunt Obseruationes & Apodixes præstantium Astronomorum Guilielmi Principis Hassiæ, Cornelij Gemmæ, Mich. Mæstlini, Thadæi Hagecij apud Tychonem l. 2. Astr. inst. cap. 10. memb. 1. & licet Hagecius præiudicio aëreæ generationis Cometæ occupatus ex obseruationibus suis non malis aliquando pronunciarit Cometam illum in Aëre fuisse, Tycho tamen, cum Calculo Triangulorum Obseruationes Hagecij examinasset, manifestè ex illis ipsis demonstraui Cometam supra Lunam fuisse; quod ipse Hagecius postea agnouit cum alterum Cometam anni 1580. obseruauit; nam sententia sua priore retractata vtrumque cœlestem fuisse propugnat, vt videre est apud Tychon. loco cit. c. 10. m. 2. Mæstlinus deinde etiam Cometam an. 1580. Luna multo altiore fuisse ostendit libello singulari de ipso edito. Sed denique omnium, vt sidera cætera, ita Cometæ quoque complures obseruauit accuratissime Tycho Brahe, atque de nobili illo anni 1577. Cometa (qui nostro Cometæ perquam similis erat) bene magnum librum conscripsit, quo tam certo & euidenter demonstrat Cometam supra Lunam fuisse vt nemo sapiens animo refragari possit. idem compendio saltem (nam per-



I

DE COMETA.


1699



I 2


ta ante

I Decem.




Diameter Nuclei 2. m.
summum. fulgoris circumfusi 3. m. totius capituli 8. m.

17. 18. 20. Dec.




Nucleus confans ex multis quasi
seminellis, tribus claris stellis, quarum
una septentrionem alia Austrum,
tertia orientem spectabat mane
hora 5. Diameter Nuclei 5.
aut 6. m. et antiquae praedictae tres
stellulae aequae clarae atque lucidissimae
Iouis Comites.

8. Decem.



Diameter Nuclei
minimum 3. aut
4. m.

24. Dec.



Diameter Nuclei
minimum 6. min.
fulgoris circumfusi
5. min. totius
Capituli diameter
16. m. circiter.

Aduertendum praeterea est Caput Cometæ reuera à primo Decem.
die ad 24. certa proportione quoad extensionem semper creuisse, siue
Nucle-

8. Dicimus igitur Comam Cometæ non flammam, sed Radio sunt
Conum seu Pyramidem fuisse, Solis Radiis ea forma ac figura per Caput
Cometæ transmissis; eo ferè modo quo per foramen quoduis, aut len-
tem vitream conuexam Sol radiosa pyramide in conclauè illucet, aut per
varias sæpe nubes luminosus tractus sursum deorsum uè proiicitur, cum
vel ignea cœlo tela mitti aut Virgas cœlestes vibrari, vel à Sole Aquam bi-
bi dicimus. nam cum Caput Cometæ sit Congeries multarum stellarum
seu corporum partim opacorum partim transparentium, duplici modo
traiectio Radiorum Solarium per Caput Cometæ fieri potest. 1. Refra-
ctione, quemadmodum per vitrum conuexum Soli oppositum conus lu-
cidus proiicitur. 2. Reflexione; quia enim coaceruantur multa corpo-
ra irregularia variz figuræ, vario modo; Solis radij variis angulis obtusis-
simis incidentes & velut radentes tantùm superficiem illorum corporum,
paruo flexu ferè in directum reflexi progrediuntur & Comam seu Caudã
Cometæ efficiunt. Confirmatur assertio etiam ex Maculis Solaribus nam
& illæ plerumq; lucem ceu comam in ipso Sole trahunt cætero Sole luci-
diorem; quæ quidẽ Maculis circumfusa & comes lux, ipsius Solis non est,
cum Maculis .n. progreditur, sed reflexione nimirum seu allisione radio-
rũ solarium ad latera seu superficies aggregatarũ macularũ procreatur; vt
etiã huiusmodi Maculæ plane Cometę esse videantur. Neque obstare vi-
detur, quod iam olim Tycho ni obiectum est: Cœlum subtilissimum esse,
& hu-

DE COMETA.

79

& huiusmodi radios quamvis receptos, non posse facere spectabiles. Nam Æther Cometæ circumfusus tam subtilis non est ut non in eo radij Solares congesti & intensi terminari possint ac videri, reliquo æthere non viso. sicut & in nostro aëre haud spectabili, collecti tamen in eo (per foramen aut lentem vitream) Radij Solis, aut cercus accensus, spectari possunt.

9. Ex prædictis ratio redditur primo cur tam variaz Cometarum species; criniti, barbati, caudati, &c. quia pro vario situ, figura, & asperitate Corporum aggregatorum varia fit radiorum Solarium immissio variaque permissio; vnde etiam fieri possit ut Cauda Cometæ non omnino directè, sed aliquanto flexu in oppositum Solis procedat, qualem quidem Tycho an. 1577. & an. 1582. obseruauit; Eadem de causa Mæstlinus an. 1580. primû Cometæ comam aliqua deuiatione, postea tamen protus in directum à Sole auersum notauit. 2. cur aliqui Cometæ careant cauda, aut eam mature perdant, aut fero acquirant. nam cum Cometa motu suo in eum fertur situm ut ipse & oculus spectatoris & Sol in vnam fere lineam incidant, Sol quidem per Caput Cometæ traucet & Comam efficit, sed videri seu potius discerni nequit, eodem angulo visorio cum capite comprehensa, quod maxime fit quando Cometa à Sole digreditur fere in oppositum, aut proxime ad eum accedit.

10. Cur Cauda Cometæ curua apparuerit ratio datur ex Theor. 11. Optic. Euclid. & axiom. 8. 9. 10. 11. nam quæ depressioribus radiis spectantur apparent propiora, spectabatur autem vna extremitas Cometæ (siue caput siue terminus Comæ) depressioribus radiis quàm altera; quia in rectam lineam protendebatur Cometa per prop. 2. c. 4. & siue Caput siue extremitas Comæ longius distabat à spectatore per 8. & 6. prop. c. 3. igitur necesse fuit curuitatem aliquam apparere, quemadmodum in longo ambulacro tabulatum superius circa exitum notabiliter videtur ad inferius inclinare.

P A R E R G V M.

Quid Portendat Cometa.

PROBabile est Cometam magna Orbi & Mortalibus mala portendere. Quznam autem calamitates, cui Regioni quibusue populis intendentur, vanum & temerariû est asseuerare, nisi quis ostēdat se diuinis consiliis interfuisse. Si enim vires & influxus perpetuorum siderum quæ totis sæculis spectauimus, ignorantur, vti sane hætenus haud sciuntur, quanto minus natura & agendi potestas horum vix terris ostensorum lu-

M a

minum

80 MATHEMATICA ASTRON. DE COM.

minum cognoscetur? Cui verò Regioni Cometarum mala ominatio? nam illi omnes fere Regiones, vtpote cœlestia astra, aspiciunt & obeunt; noster certe Cometa cum fuit maximus, in Æquatore circumlatus toti orbi spectaculum fecit. ergone totus orbis inusitatis calamitatibus inuoluetur?

Afferimus itaque 1. Cometam naturalem quidem originem & effectum habere, non secus atque alia quæ cœlo versantur lucida & physica corpora; ex mente tamen diuinæ Providentiæ (quæ Mens iam inde à condito mundo plurimis eiusmodi funestis cœlo facibus præfixis declarata firmataque est) signa & omina magnorum & singularium malorum esse. & quemadmodum Iridem Deus in nubibus pinxit vt in ea nobis fœdus iktum (Gen. c. 9.) ob oculos poneret, ita Cometam in cœlo accendit vt sese ira erga mortale genus accensum esse ostenderet. nemo ergo mortaliū, nullus terrarum populus à fulguranti cœlitus Cometa se securū credat qui Deo se reum agnoscit. Dicimus 2. Etsi Deus cum Cometam vniuerso orbi ostendit omnibus omnino gentibus & populis grandes pœnas minitetur, eas tamen fortassis non toti Orbi inflicturum, sed certis duntaxat nationibus, iis forte quos aut Cometa cum maximus apparet & terræ vicinissimus est, è Vertice fulminare potest; aut quibus quam longissimo die seu motu supra Horizontem versatur. Ex qua coniectura noster Cometa Regiones Æquatori & proximis eius parallelis subiectas feriet, quia cum maximus & terræ proximus esset per earum Verticem transiuit. nisi potius calamitates Nationibus septentrionalibus intentet, quibus iste Cometa circa ptincipium Decemb. valde adhuc luculentus & enormi Coma, quanta nunquam antè, fulgurauit die ac motu supra Horizontem longissimo, imo perpetuo. Verum quia ista talia nec probabili-ter quidem asseri possunt nisi longa experientia obseruatum quoque sit quid quauis Regione cui vel Cometa terreproximus per Zenith iuit, vel perpetuo die fulsit, contigerit, nolumus plura temerè diuinare.



*Deo siderum Auctori Reſtoriq; Honor &
Gloria æternum.*

Cum

- "Cysat, Johann Baptist." Complete Dictionary of Scientific Biography. 2008. Encyclopedia.com. (April, 2016). <http://www.encyclopedia.com/doc/1G2-2830901054.html>
- Stoyan, Ronald. Atlas der grossen Kometen: die 30 größten Kometen in Wissenschaft, Kultur und Kunst. Erlangen 2013. p. 66-72.



Bahn des Kometen von 1618 nach Stoyan.

Rogerus Bošcović,

Ruđer/Ruggiero Bošcović (Руђер Бошковић), latinisiert Rogerius Boscovicius, wurde 1711 in Ragusa (Dubrovnik) als Sohn eines Herzegoviners und einer italienisch-stämmigen Raguserin geboren. Er besuchte dort die Jesuitenschule und wird wegen seiner Begabung mit 14 nach Rom zum weiteren Studium geschickt. Dort tritt er 1731 in die SJ ein. Ab 1740 Professor der Mathematik. 1742 von Papst Benedikt XIV beauftragt, einen Riss im Petersdom zu stabilisieren. Einzig 1747 kehrte er noch einmal nach Ragusa zurück. 1764 Mathematikprofessor in Pavia. 1773 wollte er sich nach Ragusa zurückziehen, als die SJ

aufgelöst wurde. Er nimmt ein Angebot des frz. Königs an als Optikfachmann. 1783 Rückkehr nach Italien und Publikation mehrere Werke zur Optik. Kurzer Aufenthalt im Benediktinerkloster Vallombrosa in der Toscana. 1787 verstarb er. Seine Werke sind überaus zahlreich. Eine Liste: https://en.wikipedia.org/wiki/Roger_Joseph_Boscovich#Works Einige Hauptwerke:




- *De maculis solaribus exercitatio astronomica* (1736)
- *De aurora boreali* (1738)
- *Trigonometria sphaerica* (1745)
- *De viribus vivis* (1745)
- *De cometis* (1746)
- *De lege virium in natura existentium* (1755)
- *Theoria philosophiae naturalis* (1758)
- *De Solis ac Lunae defectibus* (1760), knapp 6'000 Hexameter.
- *Journal d'un voyage de Constantinople en Pologne* (1772)
- *Opera pertinentia ad opticam et astronomiam* (1785)

Theoria philosophiae naturalis redacta ad unicam legem virium in natura existentium

Maßgebliche Ausgabe: Venedig 1763 (zweisprachig in der Edition von Child). Die erste Ausgabe war zuvor in Wien im Jahr 1758 erschienen ohne Kontrolle des Autors. Er war mit ihr unzufrieden (siehe Whyte p. 130).

Bošcović's Krafttheorie in ihren Grundzügen: Die physikalische Welt besteht aus Vakuum und Materiepunkten. Diese haben keine Ausdehnung, sind also euklidische Punkte und sind alle gleich. Dies ist inspiriert von den Leibnizschen Monaden, welche fensterlos sind, alle anderen spiegeln, durch vorgängiges Design harmonieren und nicht durch Ursache und Wirkung in Kontakt stehen (vgl. *La monadologie*, 1714 geschrieben, erst 1721 auf Latein gedruckt als *Principia philosophiae*). Aber Bošcović's Punkte haben weder Sinne noch Bewusstsein sondern sind einzig Punkte die sich gegenseitig anziehen und abstoßen, also durch Newtonsche Fernwirkungen (die Leibniz ablehnte) miteinander in Beziehung stehen. Dies in der Art der newtonschen Gravitation (also im Quadrat des Abstandes). Ihre Anzahl ist endlich. Die Punkte haben nicht im eig. Sinne Masse, sondern die Masse eines Objekts ist proportional zu der Anzahl Punkte, aus denen es aufgebaut ist (kinetisches, nicht mechanisches System). Ein weiteres Axiom ist, dass mehrere Punkte nicht den selben Ort einnehmen können. Da es sich um mathematische Punkte handelt, ist es sogar unendlich unwahrscheinlich, dass ein Punkt jemals wieder denselben Ort einnimmt. Damit die newtonsche Gravitation die Punkte nicht beliebig nahe aneinander anzieht, braucht es eine abstoßende Kraft, die wirksam wird, wenn eine (sehr kleine) Minimaldistanz unterschritten

wird. Für diese Gesamtkraft versucht Boscovichius eine Polynomialfunktion zu finden, die bei größeren Abständen sich der newtonschen Kurve $r^2v = c$ (r Abstand, v *vis attractiva*, c eine Konstante) annähert: die *curva Boscovichiana*. Somit wäre die Newtonsche Gravitation nur in Näherung korrekt. Polynomfunktion waren in dieser Zeit ein neuer Gegenstand der Forschung. Vgl. die Abbildungen unten (<http://fooplot.com/> im Vergleich zu S. 137). Weitere Details finden sich in der Einführung zur Edition von Child.



Einige besonders hervorhebenswerte, neue Ideen Bošcović's:

- Die Suche nach einer einzigen "Weltformel".
- Newton gelte nur in Näherung.
- Die Nullpunkte seiner Kurve sollen stabile Teilchenabstände ermöglichen und so größere "Moleküle" ermöglichen.
- Aus ausdehnungslosen Punkten entstehen Dinge mit fixer Ausdehnung.
- Unmöglichkeit Leibnizens Bester Aller Welten.
- Gott ist notwendig damit aus dem ganzen Punktbahnen ein stimmiger Kosmos wird.

SYNOPSIS TOTIUS OPERIS

EX EDITIONE VIENNENSI

PARS I

*I



PRIMUM sex numeris exhibeo, quando, & qua occasione Theoriam meam invenerim, ac ubi hucusque de ea egerim in dissertationibus jam editis, quid ea commune habeat cum Leibnitiana, quid cum Newtoniana Theoria, in quo ab utraque discrepet, & vero etiam utrique præstet: addo, quid alibi promiserim pertinens ad æquilibrium, & oscillationis centrum, & quemadmodum iis nunc inventis, ac ex unico simplicissimo, ac elegantissimo theoremate profluentibus omnino sponte, cum dissertatiunculam

brevem meditarer, jam eo consilio rem aggressus; repente mihi in opus integrum justæ molis evaserit tractatio.

7

Tum usque ad num. 11 expono Theoriam ipsam: materiam constantem punctis prorsus simplicibus, indivisibilibus, & inextensis, ac a se invicem distantibus, quæ puncta habeant singula vim inertæ, & præterea vim activam mutuam pendentem a distantibus, ut nimirum, data distantia, detur & magnitudo, & directio vis ipsius, mutata autem distantia, mutetur vis ipsa, quæ, imminuta distantia in infinitum, sit repulsiva, & quidem excrescens in infinitum: aucta autem distantia, minuatur, evanescat, mutetur in attractivam crescentem primo, tum decrescentem, evanescentem, abeuntem iterum in repulsivam, idque per multas vices, donec demum in majoribus distantibus abeat in attractivam decrescentem ad sensum in ratione reciproca duplicata distantiarum; quem nexum virium cum distantibus, & vero etiam earum transitum a positivis ad negativas, sive a repulsivis ad attractivas, vel vice versa, oculis ipsis propono in vi, qua binæ elatri cuspides conantur ad es invicem accedere, vel a se invicem recedere, prout sunt plus justo distractæ, vel contractæ.

11

Inde ad num. 16 ostendo, quo pacto id non sit aggregatum quoddam virium temere coalescentium, sed per unicam curvam continuam exponatur ope abscissarum experimentium distantias, & ordinarum experimentium vires, cujus curvæ ductum, & naturam expono, ac ostendo, in quo differat ab hyperbola illa gradus tertii, quæ Newtonianum gravitatem exprimit: ac demum ibidem & argumentum, & divisionem propono operis totius.

[1] PHILOSOPHIÆ NATURALIS THEORIA

PARS I

Theoriæ expositio, analytica deductio, & vindicatio.

smodi systema. I. I.
ria exhibeat.



IRIUM mutuarum Theoria, in quam incidi jam ab Anno 1745, dum e notissimis principiis alia ex aliis consecutaria eruerem, & ex qua ipsam simplicium materiæ elementorum constitutionem deduxi, systema exhibet medium inter Leibnitianum, & Newtonianum, quod nimirum & ex utroque habet plurimum, & ab utroque plurimum dissidet; at utroque in immensum simplicius, proprietatibus corporum generalibus sane omnibus, & [2] peculiaribus quibusque præcipuis per accuratissimas demonstrationes deducendis est profecto mirum in modum idoneum.

uo conveniat
systemate
toniano, &
nitiano.

2. Habet id quidem ex Leibnitii Theoria elementa prima simplicia, ac prorsus inextensa: habet ex Newtoniano systemate vires mutuas, quæ pro aliis punctorum distantii a se invicem aliæ sint; & quidem ex ipso itidem Newtono non ejusmodi vires tantummodo, quæ ipsa puncta determinant ad accessum, quas vulgo attractiones nominant; sed etiam ejusmodi, quæ determinant ad recessum, & appellantur repulsiones: atque id ipsum ita, ut, ubi attractio desinat, ibi, mutata distantia, incipiat repulsio, & vice versa, quod nimirum Newtonus idem in postrema Opticæ Quæstione proposuit, ac exemplo transitus a positivis ad negativa, qui habetur in algebraicis formulis, illustravit. Illud autem utrique systemati commune est cum hoc meo, quod quævis particula materiæ cum aliis quibusvis, utcunque remotis, ita connectitur, ut ad mutationem utcunque exiguam in positione unius cujusvis, determinationes ad motum in omnibus reliquis immutentur, & nisi forte elidantur omnes oppositæ, qui casus est infinites improbabilis, motus in iis omnibus aliquis inde ortus habeatur.

uo differat a
nitiano & ipsi
tet.

3. Distat autem a Leibnitiana Theoria longissime, tum quia nullam extensionem continuam admittit, quæ ex contiguis, & se contingentibus inextensis oriatur: in quo quidem difficultas jam olim contra Zenonem proposita, & nunquam sane aut soluta satis, aut solvenda, de compenetracione omnimoda inextensorum contiguorum, eandem vim adhuc habet contra Leibnitianum systema: tum quia homogeneitatem admittit in elementis, omni massarum discrimine a sola dispositione, & diversa combinatione derivato, ad quam homogeneitatem in elementis, & discriminis rationem in massis, ipsa nos Naturæ analogia ducit, ac chemicæ resolutiones inprimis, in quibus cum ad adeo pauciora numero, & adeo minus inter se diversa principiorum genera, in compositorum corporum analysi deveniatur, id ipsum indicio est, quo ulterius promoveri possit analysis, eo ad majorem simplicitatem, & homogeneitatem devenire debere, adeoque in ultima demum resolutione ad homogeneitatem, & simplicitatem summam, contra quam quidem indiscernibilium principium, & principium rationis sufficientis usque adeo a Leibnitianis deprædicata, meo quidem judicio, nihil omnino possunt.

uo differat a
oniano & ipsi
tet.

4. Distat itidem a Newtoniano systemate quamplurimum, tum in eo, quod ea, quæ Newtonus in ipsa postremo Quæstione Opticæ conatus est explicare per tria principia, gravitatis, cohesionis, fermentationis, immo & reliqua quamplurima, quæ ab iis tribus principiis omnino non pendent, per unicam explicat legem virium, expressam unica, & ex pluribus inter se commixtis non composita algebraica formula, vel unica continua geometrica curva: tum in eo, quod in mi-[3]-nimis distantii vires admittat non positivas, sive attractivas, uti Newtonus, sed negativas, sive repulsivas, quamvis itidem eo majores in

cineres, oleaginosi particulis inter terreas cum hac apparenti compenetracione liberrime avolantibus sine ullo immediato impactu, & incurso.

Compenetratio appa-
rens, quæ habe-
retur, si possemus
nobis imprimere
velocitatem satis
magnam.

370. Quod si ita res habet; liceret utique nobis per oclusas ingredi portas, & per durissima transvolare murorum se-[169]-pta sine ullo obstaculo, & sine ulla vera compenetracione, nimirum satis magnam velocitatem nobis ipsis possemus imprimere, quod si Natura nobis permisisset, & velocitates corporum, quæ habemus præ manibus, ac nostrorum digitorum celeritates solerent esse satis magnæ; apparentibus ejusmodi continuis compenetracionibus assueti, nullam impenetrabilitatis haberemus ideam, quam mediocritati nostrarum virium, & velocitatum, ac experimentis hujus generis a sinu materno, & prima infantia usque adeo frequentibus, & perpetuo repetitis debemus omnem.

Extensio necessario
profuens a viribus
repulsivis.

371. Ex impenetrabilitate oritur extensio. Ea sita est in eo, quod aliæ partes sint extra alias: id autem necessario haberi debet; si plura puncta idem spatii punctum simul occupare non possint. Et quidem si nihil aliunde sciremus de distributione punctorum materiæ; ex regulis probabilitatis constaret nobis, dispersa esse per spatium extensum in longum, latum, & profundum, atque ita constaret, ut de eo dubitare omnino non liceret, adeoque haberemus extensionem in longum, latum, & profundum ex eadem etiam sola Theoria deductam. Nam in quovis plano pro quavis recta linea infinita sunt curvarum genera, quæ eadem directione egressæ e dato puncto extenduntur in longum, & latum respectu ejusdem rectæ, & pro quavis ex ejusmodi curvis infinitæ sunt curvæ, quæ ex illo puncto egressæ habeant etiam tertiam dimensionem per distantiam ab ipso. Quare sunt infinites plures casus positionum cum tribus dimensionibus, quam cum duabus solis, vel unica, & idcirco infinites major est probabilitas pro uno ex iis, quam pro uno ex his, & probabilitas absolute infinita omnem eximit dubitationem de casu infinite improbabili, utut absolute possibili. Quin immo si res rite consideretur, & numeri casuum inter se conferantur; inveniemus, esse infinite improbabile, uspiam jacere prorsus accurate in directum plura, quam duo puncta, & accurate in eodem plano plura, quam tria.

Extensum ejusmodi
esse physice, non
mathematicè con-
tinuum: reale m
esse; in quo id
consistat.

372. Hæc quidem extensio non est mathematice, sed physice tantum continua: at de præjudicio, ex quo ideam omnino continuæ extensionis ab infantia nobis efformavimus, satis dictum est in prima Parte a num. 158; ubi etiam vidimus, contra meam Theoriam non posse afferri argumenta, quæ contra Zenonistas olim sunt facta, & nunc contra Leibnitianos militant, quibus probatur, extensum ab inextenso fieri non posse. Nam illi inextensa contigua ponunt, ut mathematicum continuum efforment, quod fieri non potest, cum inextensa contigua debeant compenetrari, dum ego inextensa admitto a se invicem disjuncta. Nec vero illud vim ullam contra me habet, quod nonnulli adhibent, dicentes, hujusmodi extensionem nullam esse, cum constet punctis penitus inexten-[170]-sis, & vacuo spatio, quod est purum nihil. Constat per me non solis punctis, sed punctis habentibus relationes distantiarum a se invicem: eæ relationes in mea Theoria non constituuntur a spatio vacuo intermedio, quod spatium nihil est actu existens, sed est aliquid solum possibile a nobis indefinite conceptum, nimirum est possibilitas realium modorum localium existendi cognita a nobis secludentibus mente omnem hiatum, uti exposui, in prima Parte num. 142, & fusius in ea dissertatione De Spatio & Tempore, quam hic ad calcem adjicio; constituuntur a realibus existendi modis, qui realem utique relationem inducunt realiter, & non imaginarie tantum diversam in diversis distantiiis. Porro si quis dicat, puncta inextensa, & hosce existendi modos inextensos non posse constituere extensum aliquid; reponam facile, non posse constituere extensum mathematicè continuum, sed posse extensum physice continuum, quale ego unicum admitto, & positivis argumentis evinco, nullo argumento favente alteri mathematicè continuo extenso, quod potius etiam independentem a meis argumentis difficultates habet quamplurimas. Id extensum, quod admitto, est ejusmodi, ut puncta materiæ alia sint extra alia, ac distantias habeant aliquas inter se, nec omnia jaceant in eadem recta, nec in eodem plano omnia, sint vero multa ita proxima, ut eorum intervalla omnem sensum effugiant. In eo sita est extensio, quam admitto, quæ erit reale quidpiam, non imaginarium, & erit physice continua.

Consideratio directionis virium, quibus tres massæ in se mutuo agunt.

308. Agant in se invicem in fig. 56 tres massæ, quarum centra gravitatis sint A, B, C, viribus mutuis ad ipsa centra directis, & considerentur inprimis directiones virium. Vis puncti C ex utraque CV, Cd attractiva erit Ce; ex utraque repulsiva CY, Ca, erit CZ, & utriusque directio saltem ad partes oppositas producta ingreditur triangulum, & secat illa angulum internum ACB, hæc ipsi ad verticem oppositum aCY. Vi CV attractiva in B, ac CY repulsiva ab A, habetur CX; & vi Cd attractiva in A, ac Ca repulsiva a B, habetur Cb, quarum utraque abit extra triangulum, & secat angulos ipsius externos. Primæ Ce, cum debeant respondere attractiones BP, AG, respondent cum attractionibus mutuis BN, AE, vires BO, AF, vel cum repulsionibus BR, AI, vires BQ, AH, ac tam priores binæ, quam posteriores, jacent ad eandem partem lateris AB, & vel ambæ ingrediuntur triangulum tendentes versus ipsum, vel ambæ extra ipsum etiam productæ abeunt, & tendunt ad partes oppositas directionis Ce respectu AB. Secundæ CZ debent respondere repulsiones BT, AL, quæ cum repulsionibus BR, AI, constituunt BS, AK, cum attractionibus BN, AE constituunt BM, AD, ac tam priores binæ, quam posteriores jacent ad eandem plagam respectu AB, & ambarum [144] directiones vel productæ ex parte posteriore ingrediuntur triangulum, sed tendunt ad partes ipsi contrarias, ut CZ, vel extra triangulum utrinque abeunt ad partes oppositas directioni CZ respectu AB. Quod si habeatur CX, quam exponunt CV, CY, tum illi respondent BP, & AL, ac si prima conjungitur cum BN, jam habetur BO ingrediens triangulum; si BR, tum habetur quidem BQ, cadens etiam ipsa extra triangulum, ut cadit ipsa CX; sed secunda AL jungetur cum AI, & habebitur AK, quæ producta ad partes A ingreditur triangulum. Eodem autem argumento cum vi Cb vel conjungitur AF ingrediens triangulum, vel BS, quæ producta ad B triangulum itidem ingreditur. Quamobrem semper aliqua ingreditur, & tum de reliquis binis redeunt, quæ dicta sunt in casu virium Ce, CZ.

Theorema pertinens ad directiones virium.

309. Habetur igitur hoc theorema. Quando tres massæ in se invicem agunt viribus directis ad centra gravitatis, vis composita saltem unius habet directionem, quæ saltem producta ad partes oppositas secat angulum internum trianguli, & ipsum ingreditur: reliquæ autem duæ vel simul ingrediuntur, vel simul evitant, & semper diriguntur ad eandem plagam respectu lateris jungentis earum duarum massarum centra; ac in primo casu vel omnes tres tendunt ad interiora trianguli jacendo in angulis internis, vel omnes tres ad exteriora in partes triangulo oppositas jacendo in angulis ad verticem oppositis; in secundo vero casu respectu lateris jungentis eas binas massas tendunt in plagas oppositas ei, in quam tendit vis illa prioris massæ.

Theorema elegantius ad eas pertinens cum ejus demonstratione.

310. Sed est adhuc elegantius theorema, quod ad directionem pertinet, nimirum: Omnium trium compositarum virium directiones utrinque productæ transeunt per idem punctum: & si id jaceat intra triangulum; vel omnes simul tendunt ad ipsum, vel omnes simul ad partes ipsi contrarias: si vero jaceat extra triangulum; binæ, quarum directiones non ingrediuntur

triangulum, tendunt ad ipsum, ac tertia, cujus directio triangulum ingreditur, tendit ad partes ipsi contrarias; vel illæ binæ ad partes ipsi contrarias, & tertia ad ipsum.




FIG. 56.

274

PHILOSOPHIÆ NATURALIS THEORIA

Quomodo existat
Geometria sublato
continuo actu exist-
ente.

373. At erit fortasse, qui dicet, sublata extensione absolute mathematica tolli omnem Geometriam. Respondeo, Geometriam non tolli, quæ considerat relationes inter distantias, & inter intervalla distantii intercepta, quæ mente concipimus, & per quam ex hypothesebus quibusdam conclusiones cum iis connexas ex primis quibusdam principiis deducimus. Tollitur Geometria actu existens, quatenus nulla linea, nulla superficies mathematice continua, nullum solidum mathematice continuum ego admitto inter ea, quæ existunt; an autem inter ea, quæ possunt existere, habeantur, omnino ignoro. Sed aliquid ejusmodi in communi etiam sententia accidit. Nulla existit revera in Natura recta linea, nullus circulus, nulla ellipsis, nec in ejusmodi lineis accurate talibus fit motus ullus, cum omnium Planetarum, & Terræ in communi sententia motus habeantur in curvis admodum complicatis, atque altissimis, & ut est admodum probabile, transcendentibus. Nec vero in magnis corporibus ullam habemus superficiem accurate planam, & continuam, aut sphæricam, aut cujusvis e curvis, quas Geometræ contemplantur, & plerique ex iis ipsis, qui solida volunt elementa, simplices ejusmodi figuras ne in ipsis quidem elementis admittent.

Bibliographie

- Boscovich, Roger Joseph. A theory of natural philosophy / put forward and explained by R. J. B. Latin-English edition from the text of the first Venetian edition published under the personal superintendence of the author in 1763, with a short life of Boscovich. [Einleitung und Übersetzung von James Mark Child]. Chicago 1922. Online: <https://archive.org/details/theoryofnaturalp00boscrich>
- Ed. Venetiae 1763: <http://www.mdz-nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:bvb:12-bsb10057640-0>
- Bursill-Hall, Piers (ed.). R. J. Boscovich: vita e attività scientifica: atti del convegno, Roma, 23-27 maggio 1988. Roma 1993.

- Grössing, Helmuth [et al.]. Ruder Bošković (Boscovich) und sein Modell der Materie: zur 250. Wiederkehr des Jahres der Erstveröffentlichung der *Philosophiae Naturalis Theoria* Wien 1758. Wien 2009.
- Nedelković, Dušan. La philosophie naturelle et relativiste de R.-J. Boscovich. Paris, 1922.
- Pozaić, Valentin (ed.). The philosophy of science of Ruder Bošković: proceedings of the symposium of the Institute of Philosophy and Theology. Zagreb 1987.
- Ullmaier, Hans. *Puncta, particulae et phaenomena*. Der dalmatinische Gelehrte Roger Joseph Boscovich und seine Naturphilosophie. Laatzen 2005.
- Whyte, Lancelot Law (ed.); foreword by Harold Hartley. Roger Joseph Boscovich (Rudjer Josip Bošković), 1711-1787: studies of his life and work on the 250th anniversary of his birth. London 1961.
- Whyte, Lancelot Law. Boscovich and particle theory, in: *Nature* (1957) 179, 284-285.
- *Encyclopaedia Britannica*, sixth edition 1823. Art. 'Boscovich', vol. IV,41-59 (!). Mit *digression*, dass die Jesuiten vielleicht doch nicht so schlimm waren.

Quid materia, & unde ejus vires: tria diversa principia, a quibus provenire possunt.

516. Superest, ut postremo loco dicamus hic aliquid de alterationibus, & transformationibus corporum. Pro materia mihi sunt puncta indivisibilia, inextensa, praedita vi inertiae, & viribus mutuis expressis per simplicem continuam curvam habentem determinatas illas proprietates, quas expressi a num. 117, & quae per aequationem quoque algebraicam definiri potest. An haec virium lex sit intrinseca, & essentialis ipsis indivisibilibus punctis; an sit quiddam substantiale, vel accidentale ipsis superadditum, quemadmodum sunt Peripateticorum formae substantiales, vel accidentales; an sit libera lex Auctoris Naturae, qui motus ipsos secundum legem a se pro arbitrio constitutam dirigat: illud non quaero, nec vero inveniri potest per phaenomena, quae eadem sunt in omnibus iis sententiis. Tertia est causarum occasionalium ad gustum Cartesianorum, secunda Peripateticis inservire potest, qui in quovis puncto possunt agnoscere materiam, tum formam substantialem exigentem accidens, quod sit formalis lex virium, ut etiam, si velint, destructa substantia, remanere eadem accidentia in individuo, possint conservare individuum istud accidens, unde sensibilitas remanebit prorsus eadem, & quae pro diversa combinatione ejusmodi accidentium pertinentium ad diversa puncta, erit diversa. Prima sententia videtur esse plurimorum e Recentioribus, qui impenetrabilitatem, & activas vires, quas admittunt Leibnitiani, & Newtoniani passim, videntur agnoscere pro primariis materiae proprietatibus in ipsa ejus essentia sitis. Potest utique haec mea Theoria adhiberi in omnibus hisce philosophandi generibus, & suo cujusque peculiari cogitandi modo aptari potest.

Homogeneitas elementorum. Si ea non admittatur, quanto plures combinationes per diversas leges virium: formam substantialem, & accidentia posse Peripateticos, si velint, agnoscere in ipsis punctis.

517. Haec materia mihi est prorsus homogenea, quod pertinet ad legem virium, & argumenta, quae habeo pro homogeneitate, exposui num. 92. Siqua occurrent Naturae phaenomena, quae per unicum materiae genus explicari non possint; poterunt adhiberi plura genera punctorum cum pluribus legibus inter se diversis, atque id ita, ut tot leges sint, quot sunt binaria generum, & praeterea, quot sunt ipsa genera, ut illarum singulae expriment vires mutuas inter puncta pertinentia ad bina singulorum binariorum genera, & harum singulae vires mutuas inter puncta pertinentia ad idem genus, singulae pro generibus singulis. Porro inde mirum sane, quanto major [244] combinationum numerus oriretur, & quanto facilius explicarentur omnia phaenomena. Possent autem illae leges exponi per curvas quasdam, quarum aliqua haberent aliquid commune, ut asymptoticum impenetrabilitatis arcum, & arcum gravitatis, ac aliae ab aliis possent distare magis, ut habeantur quaedam genera, & quaedam differentiae, quae corporum elementa in certas classes distribuere; & hic Peripateticis, si velint, occasio daretur admittendi materiam ubique homogeneam, ac formas substantiales diversas, quae accidentalem virium formam diversam exigant, & vero etiam plures accidentales formas, quae diversas determinent vires, ex quibus componatur vis totalis unius elementi respectu sui similium, vel respectu aliorum.

Appendix: De anima et Deo.

386

PHILOSOPHIÆ NATURALIS THEORIA

contingentia res ad determinationem est translata, & a defectu determinationis pro sua cujusque existentia res est translata ad defectum determinationis pro existentia unius determinati status assumpti pro postremo; id autem præstiti, ne eludatur argumentum dicendo, in tota serie haberi determinationem ad ipsam totam, cum pro quovis termino habeatur determinatio intra eandem seriem, nimirum in termino præcedente. Illa reductione ad vim determinativam existentiae postremi quæsitam per omnem seriem, devenitur ad seriem nihilorum respectu ipsius quorum summa adhuc est nihilum.

Attributa, quæ Ens extrinsecum habere debet.

550. Jam vero hoc ens extrinsecum seriei ipsi, quod hanc seriem elegit præ seriebus aliis infinitis ejusdem generis, infinitam habere debet determinativam, & electivam vim, ut unam illam ex infinitis seligat. Idem autem & cognitionem habere, debuit, & sapientiam, ut hanc seriem ordinatam inter inordinatas selegerit: si enim sine cognitione, & electione egisset, infinities probabilius fuisset, ab illo determinatum iri aliquam ex inordinatis, quam unam ex ordinatis, ut hanc; cum nimirum ratio inordinatarum ad ordinatas sit infinita, & quidem ordinis altissimi, adeoque & excessus probabilitatis pro cognitione, & sapientia, ac libera electione supra probabilitatem pro cæco agendi modo, fatalismo, & necessitate, sit infinitus, qui idcirco certitudinem inducit.

Infinita improbabilitas, quæ hic occurrit, a quo uno vinci possit: nimirum a solo infinito libero.

551. Atque hic notandum & illud, pro quovis indivi-[260]-duo statu respondente cuius momento temporis, & multo magis pro quavis individua serie respondente cuius continuo temporis, improbabilitas determinatæ ipsius existentiae est infinita, & nos deberemus esse certi de ejus non existentia, nisi determinaretur ab infinito determinantes & nisi ejus determinationis notitiam nos haberemus. Sic si in urna sint nomina centum, & unum, & agatur de uno determinato, an extractum inde prodierit, centuplo major est improbabilitas ipsi contraria: si mille, & unum, millicupla: si numerus sit infinitus; improbabilitas erit infinita, quæ in certitudinem transit: sed si quis viderit extractionem, & nobis nunciet; tota improbabilitas illa repente corrui. Verum & in hoc exemplo individua illa determinatio a creato agente non habebitur inter infinitas possibles, nisi ex legibus ab infinito determinante jam determinatis in Natura, & ab ejusdem determinatione ad individuum, uti paullo ante dicebamus de individua figuræ electione pro statua.

Quanta sapientia opus fuerit ad seligendum numerum, & ordinem punctorum, & legem virium.

552. Porro qui aliquanto diligentius perpenderit vel illa pauca, quæ adnotavimus necessaria in distributione punctorum ad efformanda diversa particularum genera, quæ exhibeant diversa corpora, videbit sane quanta sapientia, & potentia sit opus ad ea omnia perspicienda, eligenda, præstanda. Quid vero, ubi cogitet, quanta altissimorum Problematum indeterminatio occurrat in infinito illo combinationum possibilium numero, & quanta cognitione opus fuerit ad eligendas illas potissimum, quæ necessariæ erant ad hanc usque adeo inter se connexorum phænomenorum seriem exhibendam? Cogitet, quid una lux præstare debeat, ut se propaget sine occurso, ut diversam pro diversis coloribus refrangibilitatem habeat, & diversa vicium intervalla, ut calorem & igneas fermentationes excitet: interea vero aptandus fuit corporum textus, & laminarum crassitudo ad ea potissimum remittenda radiorum genera, quæ illos determinatos colores exhiberent sine ceterarum & alterationum, & transformationum jactura, disponendæ oculorum partes, ut imago pingeretur in fundo, & propagaretur ad cerebrum, ac simul nutritioni daretur locus, & alia ejusmodi præstanda sexcenta. Quid unus aer, qui simul pro sono, pro respiratione, & vero etiam nutritione animalium, pro diurni caloris conservatione per noctem, pro ventis ad navigationem, pro vaporibus continendis ad pluvias, pro innumeris aliis usibus est conditus? Quid gravitas, qua perennes fiunt planetarum motus, & cometarum, qua omnia compacta, & coadunata in ipsorum globis, qua una suis maria continentur littoribus, & currunt fluvii, imber in terram decedit, & eam irrigat, ac fœcundat, sua mole ædificia consistunt, temporis mensuram exhibent pendulorum oscillationes? [261] si ea repente deficeret; quo noster incessus, quo situs viscerum, quo aer ipse sua elasticitate dissiliens? Homo hominem arreptum a Tellure, & utcunque exigua impulsus vi, vel uno etiam oris flatu impetitur, ab hominum omnium commercio in infinitum expelleret, nunquam per totam æternitatem rediturum.

Congeries eorum, quæ evincunt in eligente potentiam, sapientiam, providentiam, immensas,

553. Sed quid ego hæc singularia persequor? quanta Geometria opus fuit ad eas com-

Mundum non esse
possibilium optim-
um, cum in possibi-
libus nullus terminus
sit ultimus: nec
officere sapientiæ,
ac bonitati infinitæ,
quod non fecerit, nec
potentiæ, quod non
potuerit id facere.

555. Haud ego quidem Leibnitianis, & aliis quibuscunque [262] Optimismi defensoribus assentior, qui Mundum hunc, in quo vivimus, & cujus pars sumus, omnium perfectissimum esse arbitrantur, ac Deum faciunt natura sua determinatum ad id creandum quod perfectissimum sit, ac eo ordine, qui perfectissimus sit. Id sane nec fieri posse arbitror: cum nimirum in quovis possibilium genere seriem agnoscam finitorum tantummodo, quanquam in infinitum productam, ut num. 90 exposui, in qua, ut in distantiiis duorum punctorum nulla est minima, nulla maxima; ita ibidem nulla sit perfectionis maximæ, nulla minimæ, sed quavis finita perfectione utcunque magna, vel parva, sit alia perfectio major, vel minor: unde fit, ut quancunque seligat Naturæ Auctor, necessario debeat alias majores omittere: nec vero ejus potentiæ illud officit, quod creare non possit optimum, aut maximum, ut nec officit, quod non possit simul creare totum, quodcunque creare potest: nam id eo evadit, ut non possit se in eum statum redigere, in quo nihil melius, aut majus, vel absolute nihil aliud creare possit: nec officit aut sapientiæ, aut bonitati infinitæ, quod optimum non seligat, ubi optimum est nullum.

Quam multa pessima
consectaria secum
trahat sententia
Mundi perfectissimi.

556. Ex alia parte determinatio illa ad optimum, & libertatem Divinam tollit, & contingentiam rerum omnium, cum, quæ existunt, necessaria fiant, quæ non existunt, evadant impossibilia; ac præterea nobis quodammodo in illa hypothesi debemus, quod existimus, non illi. Qui enim potuit non existere id, quod habuit pro sua existentia rationem prævalentem, quam Naturæ Auctor cum viderit, non potuerit non sequi, nec vero potuerit non videre? Qui existere potuit id, quod eandem habuit non existendi necessitatem? Quid vero illi pro nostra existentia debeamus, qui nos condidit idcirco, quia in nobis invenit meritum majus, quam in iis, quos omisit, & a sua ipsius natura necessario determinatus fuit, & adactus ad obsequendum ipsi huic nostro intrinseco, & essentiali merito prævalenti? Distinguendum est inter hæc duo: unum esse alio melius, & esse melius creare potius unum, quam aliud. Illud primum habetur ubique, hoc secundum nusquam, sed æque bonum est creare, vel non creare quodcunque, quod physicam bonitatem quancunque habeat, utcunque majorem, vel minorem alio quovis omisso: solum enim

Divinæ libertatis exercitium infinities perfectius est quavis perfectione creata, quæ idcirco nullum potest offerre Divinæ libertati meritum determinativum ad se creandum.

Media tamen idonea
necessario eligi ab
ipso Auctore Natu-
ræ ad fines sibi
propositos: quan-
tum illi debeamus.

557. Cum ea infinita libertate Divina componitur tamen illud, quod ad sapientiam pertinet, ut ad eos fines, quos sibi pro liberrimo suo arbitrio præfixit Deus, media semper apta debeat seligere, quæ finem propositum frustrari non sinant. Porro hæc media etiam in nostrum bonum selegit plurima, dum totam Naturam conderet, quod quem a nobis exigit beneficiorum memorem, & gratum animum, quem etiam tan-[263]-tæ beneficentiæ respondentem amorem cum ingenti illa admiratione, & veneratione conjunctum, nemo non videt.

Deduci nos inde ad
revelationem, quæ
tamen huc non
pertineat, ad opus
nimirum pure philo-
sophicum.

558. Superest & illud innuendum, neminem sanæ mentis hominem dubitare posse, quin, qui tantam in ordinanda Natura providentiam ostendit, tantam erga nos in nobis seligendis, in consulendo nostris & indigentis, & commodis beneficentiam, illud etiam præstare voluerit, ut cum adeo imbecilla sit, & hebes mens nostra, & ad ipsius cognitionem per sese vix quidquam possit, se ipse nobis per aliquam revelationem voluerit multo uberius præbere cognoscendum, colendum, amandum; quo ubi devenerimus, quæ inter tam multas falso jactatas absurdissimas revelationes unica vera sit perspiciemus utique admodum facile. Sed ea jam Philosophiæ Naturalis fines excedunt, cujus in hoc opere Theoriam meam exposui, & ex qua uberes hosce, & solidos demum fructus percepi.

Fortwirken der Ideen von Bošcović

- Zu seiner Zeit war Bošcović in berühmter Mann, der mit den wichtigsten Wissenschaftlern seiner Zeit in Kontakt stand. Daneben verkehrte er auch mit politischen Größen wie dem frz. König. Gestorben 1787.
- 1814: Wiederherstellung des Jesuitenordens.
- 1823: Langer Artikel in der 6. Ed. der Britannica, 18 Spalten lang.
- In Frankreich kaum Beachtung. Aufklärer wie D'Alembert und Diderot (*Encyclopédie, ou dictionnaire raisonné des sciences, des arts et des métiers*, 1751-1772) mochten keine Jesuiten.
- 1846: Michael Faraday: "then the safest course appears to be to assume as little as possible, and in that respect the atoms of Boscovich appear to me to have a great advantage over the more usual notion." (*Experimental researches in electricity*. London 1846. vol. 2, p. 289)
- 1877: James Clerk Maxwell: "And now we have got it, the best thing we can do is to get rid of the rigid nucleus altogether, and substitute for it an atom of Boscovich - a mathematical point endowed with mass and with powers of acting at a distance on other atoms." (*A Treatise on the Kinetic Theory of Gases*, in: *Nature*, xvi, p. 246 (1877))
- 1905: William Thomson Lord Kelvin (der allerdings seine Ansichten öfter änderte); "My present assumption is Boscovichianism pure and simple. It merely declares that there is, between a single electrion and a single atom of ponderable matter void of electrions, a definite force in the line of their centres varying according to" (*Philosophical Magazine*, 1905, p. 695)
- In Deutschland weniger als auf den Britischen Inseln. Die Romantiker mögen ihn nicht besonders; seine Theorie ist wohl zu materialistisch für den deutschen Idealismus. Kants ähnliche aber nicht mathematische Ideen herrschen vor. (*Allgemeine Naturgeschichte und Theorie des Himmels oder Versuch von der Verfassung und dem mechanischen Ursprunge des ganzen Weltgebäudes nach Newtonischen Grundsätzen abgehandelt*. Königsberg 1755)
- 1885: Nietzsche lobt ihn, seine *puncta* seien ein "Während nämlich Kopernikus uns überredet hat zu glauben, wider alle Sinne, dass die Erde nicht fest steht, lehrte Boscovich dem Glauben an das Letzte, was von der Erde "feststand," abschwören, dem Glauben an den "Stoff," an die "Materie," an das Erdenrest- und Klümpchen-Atom: es war der größte Triumph über die Sinne, der bisher auf Erden errungen worden ist." (*Jenseits von Gut und Böse*, 1. Hauptstück, §12)
- 1958: Niels Bohr: "Our esteem for the purposefulness of Boscovich's great scientific work, and the inspiration behind it, increases the more as we realize the extent to which it served to pave the way for later developments." (*Actes du symposium international "Ruđer Bošković"*, 1958 in Dubrovnik. Beograd 1959). Werner Heisenberg war auch an dem Symposium.